

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Gebri Arabis Chimia**

**Geber**

**Lugduni Batavorum, 1668**

De complemento totius operis. Cap. XXXVII

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

*De facili susceptione Argenti vivi.*

## C A P . X X X V I .

**I**Am igitur vobis patuit veridice maximam argenti quantitatem continentia perfectione existere corpora: Et ideo maxime argento vivo amicari magis. Quamobrem autumandum, corpora magis perfectioni approximare, quæ magis amicabiliter argentum vivum combibunt. Et hujus est signum, argenti vivi facilis susceptio à solari aut lunari perfectionis corpore. Ob hujus igitur rationis causam, si quidem alteratum corpus de facili in sui substantiam argentum vivum non suscipiat; à perfectionis maxime complemento distare necesse est.

*De complemento totius operis.*

## C A P . X X X V I I .

**Q**uia pertractavimus igitur hujus magisterii causarum sufficientiæ experientias notas, secundum nostri propositi sermonis exigentiam; Restat nos ad complementum totius operis divini pervenire in capitulo uno: & in summam contrahere sermonis abbreviati in capitulis dispersum magisterium. Dicimus igitur: quoniam totius operis intentionis summa non est, nisi ut

si ut

fi ut sumatur lapis, in capitulis notus. Deinde vero cum operis instantia assidue-  
tur super illum opus sublimationis primi  
gradus. Et per hoc mundatur à corruppen-  
te impuritate: & est scilicet sublimationis  
perfectio, ut cum ea subtilietur lapis; do-  
nec in ultimam subtilitatis puritatem de-  
veniat, & ultimo volatilis fiat. Ab hinc ve-  
ro cum fixationis modis figatur, donec in  
ignis asperitate quiescat. Et hic secundi  
præparationis gradus meta consistit. Sed &  
tertio similiter lapis administratur gradu;  
qui in ultimo constat præparationis com-  
plemento; scilicet, ut jam fixum lapidem  
cum modis sublimationis volatilem facias,  
& volatilem fixum, & fixum solutum; &  
solutum iterato volatile, & iterato volatile  
fixum; quousque fluat & alteret in com-  
plemento solifico & lunifico certo. Ex rei-  
teratione igitur præparationis huius gra-  
dus tertii in medicina, resultat multiplicati-  
onis, bonitatis, alterationis diversitas: ut  
ex medicinis quædam sui septuplum, quæ-  
dam vero decuplum, quædam vero centu-  
plum, quædam vero millesimum, & quæ-  
dam in infinitum solificum & verum per-  
fectionis lunificum transmutet corpus.  
Ab hinc igitur & ultimo tentetur, utrum  
in perfectione consistat magisterium.

*Quem*